Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



64

spiritus vehementis et replauit totam do
domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt
illis dispertite lingue tanquam ignis sedit
que super singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto
et ceperunt loqui variis linguis prout spiritus
sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in
habitantes in hierusalem viri religiosi ex omni
natione que sub celo est facta autem hac vo
ce conuocata multitudo et mente confusa est
quia audiebat unusquisque lingua sua
illos loquentes. Stupebant autem omnes et
mirabantur dicentes. Nonne ecce isti omnes
qui loquuntur galilei sunt. Et quomodo nos au
dimus unusquisque lingua nostra in qua
nati sumus. Parthi et medi et elamite et qui
habitabant mesopotamiam iudeam et cappadociam pontum et
asiam frigiam et pamphiliam egiptum et pro
vincie que est circa cyrenen et ad cyrenen romani
iudei quoque proselyti cretes et arabes. audimus
eos loquentes nostris linguis magna
lia dei Alla ℣ Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renouabis faciem terre Alla ℣ Deus qui corda fidelium sancti spiritus
illustrasti da nobis in eodem spiritu recta sapere et de eius semper gaudere consolatione
Alla

Sequitur sequencia. sancti spiritus

Sancti spiritus adsit nobis gratia Que corda
nostra sibi faciat habitaculum Et pulsis inde
inimicis vitam spiritalem Spiritus alme illustrator
hominum Mentes nostras purga tenebras